

erimin. 1. p. 2. verbo & si non constebuntur, n. 66. Aufre- riuus in additio. ad capell. Tholosa. decis. 176. ad medium. Roland. à Valle consilio 77. viso, num. 1. & frequentibus lib. 2. Antonius Gomez variar. resolut. lib. 3. cap. 13. Ozalcus decis. Pedemont. 131. n. 10. Parisius consil. 106. à num. 5. & à num. 24. lib. 4. Prosperus Fatim. in pract. crimin. quest. 101. num. 106. tom. 3. de quo latius egimus in lib. 3. cap. 19. circa appellationem à delatione, à principio.

4 Hoc etiam à pari procedit in iudice dante se pro in- hibito, qui postquam à superiori emanavit inhibito, cum careat iurisdictione, non potest exequi senten- tiam etiam aliàs merentem executionem, ut privilegia- tam, text. in cap. Romana, §. sin autem, de appell. lib. 6. notatur in cap. non solum, eodem tit. latè multa ad pro- positum diximus d. lib. 3. cap. 19. vers. in delatione autem simpliciter facta, &c. & de iudice declarante se non iudicem, vide ibi fol. 4. ad princ. & est textus in cap. signi- ficantibus, de offic. de leg. cap. iudex, eodem tit. lib. 6. leg. di- core ff. de arbitris.

6 Quod & idem est, quando iudex functus est officio suo, quia iterum in causa se non potest intromittere: textus in leg. iudex posteaquam semel dixit sententiam, ff. de iurisdictione omnium iudicum, cum concordantibus.

7 Sed actus iurisdictionales, prout est repositio ab alio, quàm à iudice non privato, nec iurisdictione carente geri non possunt, quemadmodum nec ipsa executio, quia omnes res per quascunque causas nascitur, & per easdem dissolvitur, solemnitasque, quæ requiritur con- struendo, requiritur in destruendo: & valet argumentum

8 de contractu ad distractum, ut vulgare est: ergo per provisionem Regiam Ecclesiasticus iudex astringi non potest, ut faciat quod sibi ab omni iure est prohibitum, quod omnino, atque præcisè supremus Senatus attendere debet, ut capitibus præcedentibus latè diximus.

9 Hinc est, quod ad nullum alium, quàm ad iudicem, ad quem pertinet revocare, & ponere attentata facta (appellatione pendente) cum ejus sit læsa majestas: textus in cap. non solum, de appell. lib. 6. textus optimus in c. solitudinem, de appell. ubi Franc. n. 3. & in dict. cap. non solum Lancel. Corra. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in causa civil. in c. de appellat. n. 24. post plures, quos allegat dicit communem Covarr. pract. quest. cap. 23. sub num. 1. vers. prima igitur sit interpretatio. Beroi. consil. 71. sub n. 4. in fine. lib. 3. communem etiam dicit Vivius com- monium opinio. lib. 2. opin. 30. incipit attentata, post princ. Masuer. in praxi judiciali, tit. de appellat. col. 13. vers. item si agatur una cum art. appellationis, &c. latissimè etiam Lancelot. Robert. de atten. 3. p. c. 27. à n. 34. cum pluri- bus sequentibus, & supra; ergo sequitur evidenter, ut nullo modo iudex Ecclesiasticus attentans, appellatione pendente, possit in hoc casu reponere compelli, cum ejus sit suspensa iurisdictione.

10 Quibus quidem fortibus (apparenter tamen) rationi- bus intentavèrè nonnulli iudices Ecclesiastici, ita res- pondentes provisionibus Regiis evitare repositionem attentatorum. Sed ut non omnino concludentes vias iterum in eodem tribunalì secunda jussio passim con- ceditur, quæ sobre carta dicitur (de qua cap. præcedenti) & quidem merito; quoniam ad hunc effectum repon- nendi attentata, iurisdictione necessaria non est: tum ex rationibus superius adductis, quia omnis res per quascun- que causas nascitur, per easdem dissolvitur.

Tum etiam, quia iudex quando procedit iuris ordine non servato de facto attentando, & excedendo: procedit tunc non ut iudex; sed tanquam privata quædam persona sine iurisdictione, Gramati. cons. civi. 150. Bart. in l. prohibitum, C. de iuri fisci, per illum text. idem Bart. in l. devotum, & ibi Jo. de Plat. per illum text. C. de metallar. & per Cassaneum ita tenet Anton. Gab. commun. opinio. tit. de citat. concl. 1. num. 433. Avendan. in cap. 2. prat. cap. 12. & cap. 11. n. 9. Azeved. in gl. 31. tit. 6.

lib. 3. recopil. Mexia super l. Toler. fundam. 2. p. 11. n. 34. & sequentibus, fol. 106. ultra infinitos penè, quos in unum congregimus videndos infra, 4. p. c. 4. post princ. à n. 18. cum sequentibus: ergo ut privata persona debebit reponere, nec iurisdictione necessaria est.

Quoniam quæ à iudice de facto facta sunt; de facto etiam & per eundem revocari, jus est, gloss. in l. minor, verbo Sejus, ff. de evict. Maria Socin. in tract. de cit. casu 20. Angel. in l. ea que, C. de pactis, Angel. & Immola in l. de unoquoque ff. de re jud. plenè Alexand. consil. 179. lib. 1. Castro consil. 412. visis punctis, col. 12. lib. 2. Gemin. consil. 43. n. 4. Romanus singul. 786. & cons. 69. Alexand. & Jal. in d. l. si pacto quo pœnam, Bald. in l. 2. vers. scilicet quariò quero, C. de servitutibus, & aqua, & in l. tale pactum, §. qui provocavi, ff. de pactis Innocent. in c. querelam, de electio- ne Anton. de Butrio in c. cum cessante, de appell. in l. 1. §. nuntiatio, ff. de operis nunt. num. 24. Roma cons. 220. & cons. 68. Calcaneus cons. 126. Nicel. in concor. glos. concor. 52. fallen. 30. Staphil. de liter. gratie & just. fol. 151. Felin. in c. qualiter, & quando, de accusa. Rebuff. in l. quod iussit, n. 60. ff. de re judic. in primo nota. Hippol. cons. 38. n. 14. Bertran. cons. 172. volum. 2. & in cons. 178. vol. 1. Ricc. consil. 209. vol. 1. Gramati. cons. 85. & sequentibus, Felin. in cap. 49. num. 15. plures congerit, & de citat. concl. 1. à n. 430. Tiraquel. in tractatu res inter alios act. limi. 39. Afinius in praxi, §. 7. c. 5. limi. 134. Lancelot. Robert. de atten. 3. p. c. 25. à num. 44. inferentes ex hac doctrina ferè omnes, quod si iudex iuris ordine prætermisso, & absque citatione possessionem abstulit, & in alium attentando transtulit, quòd poterit, & iterum de facto, & absque citatione illius, in quem transtulit, possessionem eandem revocare; quia sicut iudex fuit facilis in concedendo, ita debet esse facilis in reponendo: pluri- mos ad id congerit Cardin. Tusc. pract. conclus. tom. 3. lit. F. concl. 11. n. 9.

His magis in specie accedit; quod eleganter dicit Romanus cons. 320. incipit hæc istorum, à num. 4. vers. quo igitur, & col. fin. ut iudex qui tenentam, & possessionem abstulit alicui absque citatione; eodem modo potest illam restituere, eam à detentatore revocando, absque eo, quod illi obster, ut functus jam fuerit officio suo: quia potest ut privata persona hoc facere, & præsumitur facere eodem modo, quo potest, eundem Roman. referens sequitur Cardin. Tusc. pract. conclus. d. tom. 3. littera F. concl. 11. n. 12. quòd pertinet, quod nuper dicebamus, iudicem procedentem de facto, non procedere ut iudicem, sed ut privatam personam, & eodem modo de facto ab eo facta posse revocare, in quo iurisdictione necessaria non est. Facit insuper, quia licet irregulariter attentata post appellationem revocet iudex ad quem, c. non solum, de appell. lib. 6. & ea, quæ latius in contrarium supra adduximus; tamen si ipse iudex à quo aliquid attentat, (non obstante quòd per appellationem ejus sit suspensa iurisdictione) potest nihilominus actum à se attentatum, reponere, & revocare, ea quæ revocatio licitè sibi permittitur: textus est in cap. venientes, in fin. de iurejur. & notat Philip. Franc. in d. c. non solum, in 1. not. vers. 2. de appell. in 6. sequitur Lanc. Robert. de atten. 3. p. c. 27. n. 48. optimè etiam explicat, compro- batque Covarr. pract. q. 23. sub n. 1. vers. prima igitur sit interpretatio, plures allegans, ubi quod ad hoc à pari procedit attentatum à parte, & attentatum à iudice. Quia ad revocandum attentata post appellationem libera facultas conceditur à iure iudici à quo, quia ten- dit in faciliorem causæ expeditionem: textus in cap. cum teneamur, de appell. ubi latè Philip. Franc. & ceteri Doctores, & alibi passim.

Et comprobatur etiam, quia etsi interlocutoria, quæ executioni mandata est à iudice, vel iure aut parte, non possit à iudice revocari; tamen, si nulla est, eam revocat,

revocat, & reponit executionem iudex à quo quantum- vis iurisdictione caruerit, prout loquendo in iudice legitime inhibito, probant Philip. Franc. in c. cum cessante, n. 17. vers. amplius intellige, de appellat. Lancelot. de attentata 2. p. c. 12. limi. 1. sub n. 22. vers. etiam intellige, fol. 358. Scacia de appell. quest. 17. limi. 47. membro 1. num. 72. prout aliàs etiam regulare est, ut iudex licet non possit executionem interlocutoriam reponere: tamen, si nulla est, potest. Scacia ubi proxime, n. 69. Lancelot. n. 21. Hostiens. in cap. cum cessante, & Cardinalis Alexand. n. 40. fall. 10. de appellat. Felin. in cap. qualiter & quando, el. 1. fallen. 4. sub num. 24. de accusa. quod in attentatis verificatur, cum sint nulla.

21 Quod etiam & nos quotidie practicum videmus in omnibus Regiis provisionibus, in quibus iudici Ecclesiastico vim inferenti jubetur appellationi deferre, & attentata omnia reponere: nam ipse statim sibi intima provisione, verbaliter desert, & nihilominus postea cum effectu reponit attentata, prout tenetur ordine literæ attento; foret enim absurdum, si delatio illi repositionem impediret, & foret penitus inanis violentiarum cognitio, & provisio decreti, cum nullum effectum sortiri potuisset, quibus quidem satisfactum remanet rationibus, & difficultatibus in contrarium adductis; & illis minime obstantibus nervosè affirman- dum est, ut iudex Ecclesiasticus ad reponendum iurisdictione non egeat, & secunda jussio contra expedien- da est, ut cum effectu reponat.

24 In secunda autem capituli parte, nempe, quando iudex post gravamen illatum abiit, minor est difficultas, id quod considerandum venit, nam quandoque iudex executor, vel alius à Romana Curia, vel Reverendis- simo Nuntio Sedis Apostolicæ ad remotas partes ac- cedit, ad aliquod exequendum, aut de aliquo alio cog- noscendum, & similibus, & postquam inordinate at- tentando, gravamen parti intulit, interim dum ad Regium tribunal pro protectione accedit gravatus, iudex abiit secum acta processus asportando, tunc igitur affirmandum erit, ut solus superior Ecclesiasticus pro gravaminis repositione adeundus sit, Senatus quippe Regius non potest, parti gravatæ hoc casu in aliquo relevare, & consulere, cum acta processus defi- ciant: sunt etenim omnino necessaria, ut violentia, de qua queritur, detegatur, probat l. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: Y si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer à las dichas nuestras audiencias el proceso Ecclesiastico

originalmente, &c. & insuper probatur, quia ubi iudicis iniquitas, & violentia in procedendo arguitur, ex actis ab eo gestis non aliter constare debet, latè post alios Menoch. de arbit. lib. 1. qu. 72. prout & generale est de quolibet defectu processus, qui per ejus inspectio- nem debet apparere, Vantius de nullitate sententia, tit. 28. de quo, & quibus modis, à num. 18. & infra à num. 12. de quo nos latè.

Deinde quia non quilibet probatio sufficit hoc casu, nam cum suprema tribunalia tractent de levanda violentia notoria, requiruntur acta, cum hæc noto- rietas aliter, quàm ex actis integre perfectis apparere non possit, latè diximus cap. præcedenti, & num. 95. cum sequentibus, & à num. 129. & sequentibus, latius etiam diximus infra, 4. p. c. 3. à n. 167. & supra, cum Princeps (prout notum diximus supra, cap. 1.) hoc casu abque iurisdictione procedat, non judicialiter sed extrajudicialiter tantum, testes recipere, foret absonum, & rei, de qua queritur, impertinens & imperfectum; insuper si attentus d. l. 36. recopil. legamus, eam ferè expressam invenimus huic casui, inquit autem: Y si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer à las dichas nuestras audiencias el proceso originalmente Ecclesiastico, el qual trabado sin dilacion lo vean, y si por el les constare, que la appellacion esta legitimamente interpuesta, alcando la fuerza, provean que el tal juez la otorgue. &c.

Y si por el dicho proceso pafesiere; la dicha appellacion no ser, &c. Ex quibus verbis nonnulla præcisè ponderan- da sunt, & in primis: el qual trabado, &c. Quod est ablativus absolutus, qui importat conditionem, & for- mam sine qua non habet locum dispositio. l. ab empirione, ff. de pactis, l. evictis, ff. de evictione, l. à testatore, ff. de 30 conditio, & demonst. Pedem. decis. 165. n. 12. Roland. à Valle cons. 30. nu. 12. vol. 4. Surd. decisio. 268. n. 11. & decis. 331. n. 11. ita ut processu originali non adduc- to non cognoscetur de violentia.

Et ulterius magis clarè colligitur ex aliis verbis: ibi: Y si por el les constare, & iterum, Y si por el dicho pro- cesso pafesiere, &c. ita ut sensus, quòd si non consti- terit ex dicto processu originali, nihil decerni posse, quamvis aliter queat apparere, nam dictio, si in dispo- sitione, apposta, illam reddit conditionalem, qua de- ficiente non verificatur dispositio: jura sunt expressa, l. in conditionalibus. 19. in princ. & §. hac scriptura, l. multum interest, 21. l. hæc scriptura 26. l. hæc conditio. 29. l. filia sua, l. filiofamil. 42. l. si cui libertas 49. latè gloss. fin. in l. à testatore 198. & ferè omnes leges, ff. de condit. & demonst.

Insuper quoniam quando lex requirit, & de novo; 2 inducit aliquod genus, & modum probationis in ali- quo actu, aliter probari nullo modo potest, Aequid. decis. 432. & decis. 611. & 746. Cassiodor. de præbend. dec. 20. n. 21. Bal. in l. fin. n. 14. de re jud. Mascari. concl. 593. hinc est quod concurrente publica utilitate, aut evidente causa (ut hic potest etiam per statutum, aut consuetudinem effici, ut probatio aliàs regulariter, valida, & perfecta in aliquo actu sit invalida, & imperfecta; 3 ita, ita Joan. de Immola, & alii in cap. 2. de probat. Alex- and. cons. 170. visis statutis prædictis, circa princ. l. 7. Jas. in l. admonendi, de iure juran. Alexand. consil. 68. viso processu, lib. 3. n. 1. & per totum, Cast. cons. 271. visis, n. 2. lib. 2. ubi Apostilla plures citat. Imò & quando hoc sta- 4 tutum fuit ob publicam utilitatem, alià probatio ultra requisitam, etiam simul admittenda non est, Jas. in l. certi, §. quoniam, n. 10. & n. 11. ff. si certum petatur, Par- pu. in additio. ad ipsum, d. n. 10. Alexand. cons. 68. viso processu, lib. 3. n. 2. 3. & sequentibus, quod reperitur lib. 6. cons. 36. Card. Tusc. latè pract. concl. lit. S. concl. 637. à n. 9. & à princ. nimis enim absurdum foret, si in re tam gravi, ac periculosa extra acta processus extrinsecus tes- tes admitterentur ad violentiam detegendam, ac ideo ex quo non potest de hujusmodi notorietate legitime constare ob defectum processus, cum nihil certum pos- 5 sint Senatores aliter decernere; justissimè etiam absti- nent à violentiæ cognitione, cum de violentia sibi non appareat, & quidem merito, juxta textum in l. absentem, ff. de pœnis, ibi: Satus enim esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, &c. & sic ita oppressus aliud querat remedium apud supe- riorem Ecclesiasticum, de causa, & gravamine cogno- sciturum.

Si autem iudex abiit (relictò tamen processu) rectè; 6 procedit cognitio violentiæ, cum eo adducto, ad tribu- nal Regium decretum expeditur, prout ex illo iustius colligetur, quis autem; quoniam modo, hoc decretum exequendum, cum iudex abiit; latius ex mox dicendis in ultima particula hujus capituli constabit. Animadver- 7 te tamen quòd iudice abeunte, notarius coram quo acta fuere facta, remanserit; ad ea dimittenda, & ex- hibenda cogendus & compellendus est, si sunt acta, quæ de necessitate apud eum debeant remanere, juxta auct. 8 de tabellionib. §. fin. & l. 6. tit. 19. p. 3. & in l. 2. tit. 8. lib. 1. fori, & in l. 12. & 13. tit. 25. lib. 4. recopil. ubi glossa, & Didac. Perez. in l. 2. tit. 5. lib. 2. ordin. vers. & sexta alia dubitatio, & ex aliis optimè Paz, in praxi, in principio, annotatione ult. 8. ubi probat quòd tabellio debet regi- strum, seu protocollum instrumentorum, actuum judicialium, & extrajudicialium, secum retinere, nec; 9 partibus concedendum, nisi ex iudicis præcepto, ex



ex Doctoribus, & juribus citatis, optimè etiam & de hoc articulo latè per Aviles in cap. prator. cap. 36. gloss. pub. sean guardados, per totam, prout & ego passim praticari vidi.

Ad tertiam autem, & difficillimam hujus capituli partem, nempe, quando judex Ecclesiasticus post gravamen illatum obiit; accedo, an & quomodo consuli possit per supremum tribunal Regium, ad quod confugit oppressus pro tollenda vi, ubi eam fecisse, & esse reponendam, fuit decretum: in qua difficultate nullo posse juvari remedio hunc oppressam, videtur dicendum primò ex jure, quo nos utimur, de quo in l. 36. tit. 5. lib. 2. recopilat. & Doctorum caterva supra adducta capitibus precedentibus, quibus latè probavimus, & expressè apparet, ut idem judex, qui vim intulit, &

41 attentavit; ipsemet reponere sit cogendus, ut in d. l. 36. ibi: *Alcanda la fuerça, provean que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien y como devan, y repona lo que despues della urriese hecho, &c.* ergo ipso judice mortuo evanescere debet decretum violentiæ quia cum ad id ejus sit persona electa à jure, ut ex d. l. Regia ibi *el tal juez, &c.* ab ea minimè esse

42 recedendum probat text. in l. fin. quis arbitrari 43. ff. de verborum obligat. l. in compromissis, ff. de arbi. l. fin. C. de contrabenda obligat. in testamento, l. multa, de condition. & demonstr. l. si cor. ff. pro socio, & quia ipse judex est, qui gravavit, & attentavit, de ipso querelam obtulit oppressus & cum eo decretum loquitur, & provisio repositionis diiigitur: ergo ejus morte omnia cessare debent, cum culpa sit extincta l. i. ibi, vita functus est, ac per hoc crimen in persona ejus sit extinctum, &c. ) & toto tit. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit, & tandem jam est impossibile ab eo repositionem expectare.

Nec cum ejus subrogato, & successore in tribunali, & jurisdictione eadem sive ordinaria sive delegata, decretum violentiæ, & provisio hæc potest intelligi, nec ad delationem appellationis, & repositionem cogi; quia successor nullam intulit violentiam; nec oppressus de eo est conquestus: sed de mortuo, de quo tantum querelam obtulit. Et alia est vis defuncti, alia verò violentiæ successoris: adeò ut sententia lata contra defunctum pro violentia ab eo illata non exequatur contra successorem, & hæredem, Innocent. in cap. Abbate, colum. 2. de verborum significat. Butr. Joan. Andr. & Bald. in l. de eo, §. hæres, ff. ad exhibend. Joan. Faber. in §. hac, n. 13. vers. in interdito nihil instituit de actio. Afflict. decis. 145. & decis. 345. Capiccius decis. 1. & n. 1. Rebuff. in comment. ad reg. constit. Gall. tomo 3. tit. de accus. poss. benef. art. 11. gloss. 1. Parisius in cap. veniens, de prescriptio. Menoch. in tractatu de retin. possess. rem. 3. a n. 28. Rodr. de annis redditi. lib. 1. cap. 17. n. 44. ad fin. Vincent. de Franchis decis. Neapolit. 199. per totam, 1. p. ex prædicta ratione; quia alia est vis defuncti, alia successoris: & aliud factum illius, aliud verò factum successoris.

43 Quòd pertinet, quòd subrogatus non sapit naturam prædecessoris, quando militat diversa ratio in subrogato, & in eo in cujus locum subrogatur, Gomezius in §. fuerat, in limi. 4. institut. de actioni. Barba. in c. ab excommunicato, n. 33. de rescript. Anton. Gabriel communium opinionum lib. 6. tit. de regul. juris, concl. 2. n. 76.

44 Desuper probatur, quia facinus suos habet auctores, quos poena nullo modo egreditur, Farinac. practi. quest. crimin. 1. tomo, qu. 24. in princ. sed violentia, quæ facinus continet, l. quoniam, ubi multa facinora sub uno violentiæ nomine continentur, &c. C. ad l. titul. de vi publi. quia & judicis superioris læsa majestas consideratur, ex his quæ latè supra, ad princ. hujus cap. n. 9. &

45 contra illum judicem per viam querelæ agitur, quòd cum auctorem comitatur, l. 1. & tota tit. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit, ejus poena, prout est attentatorum repositio quatenus nullitatem continet. cap. si religiosus, ibi, in poenam, de electione, l. 6. Senatus, ff. de con-

trah. empt. Bart. in l. turpia ff. de lega. 1. & in l. prator ait, ff. de novi oper. non. l. 1. ff. de his que pro non scriptis, Bart. in l. nemo martyres, C. de sacros. & in l. non dubium, C. de legibus, Latè Felin. in c. 2. vol. 1. de testam. post Abb. in c. cognoscetes, colum. 2. de constitut. latius Vantius tractatu de nullit. sentent. tit. quid sit nullitas, n. 14. & 15. nullo modo potest auctorem definitum egredi, & successorrem subrogatum comprehendere: hoc etiam argumento utitur Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 1. q. 16. n. 39. hoc, ut resignarius non teneatur purgare attentata facta à prædecessore resignante, quia ille in nullo deliquit, & per consequens poenam non meretur.

Ceterum & evidentiùs probatur, quoniam in pcc. 50 naliibus & odiosis subrogatus non sapit naturam principalis, nec sit extensio ad illum, qui verè non sit talis, sed fide & repræsentativè tantum, textus est in l. multa, ff. de conditio. & demonstr. Ant. Gabriel. commun. opinio. tit. de regul. jur. concl. 2. a n. 59. lib. 6. Prosper. Farinac. practi. quest. crim. 1. tomo, qu. 24. a n. 28. Roland. à Valle conf. 59. a n. 52. vol. 3. fol. 229. & dicit Bald. in l. cum 51 propo. circa fin. Cod. de hered. institut. dicens quòd casus pccenales non recipiunt interpretationem extensivam, seu similitudinariam, per d. l. multa, & in l. testam. ff. de condition. & demonstr. Alex. conf. 113, col. fin. vol. 2. Decius conf. 290. col. penult. & rursus conf. 273. colum. fin. in prin. & in consil. 406. in fin. Curtius junior conf. 119. col. penult. optimè etiam idem Bald. in l. Gal. §. & quid sit tantum, colum. 3. vers. ex hoc infero, ff. de liber. & posthum. & post alios Aimon. de antiquitat. temp. 4. p. n. 77. Riccius conf. 143. vol. 5. ergo ad judicem successorem, & subrogatum in locum demortui; cum in rei veritate non sit, qui gravamen, & violentiam intulit, sed per fictionem, & repræsentativè; extendi non debet decretum violentiæ, & regalis provisio.

Et ultimo pro hac parte facit: nam in tribunali Regio nulla de hoc successore mentio facta est, sicuti fieri nec debet, nec est necesse: eum ipse non attentavit, nec decretum violentiæ de eo loquitur, nec provisio ejus virtute expedita judici gravanti intimanda de successore mentionem facit, nec cantat: ego in ipsum exequi nefas est, & omni jure oppositum, Corneus conf. 131. in hac consultatione. lib. 4. in principio, plenè Jaf. in l. Julian. in fine princ. ff. de verb. obligat. Bal. in cap. per venerabilem, de electione, Alex. conf. 52. n. 13. lib. 4. Curtius Senior conf. 55. n. 23. Jaf. conf. 29. colum. fin. lib. 3. latè Boërius decis. 221. n. 4. Bald. in c. Rodolph. de rescript. Angel. in l. fin. C. de falsa causa adjecta legat. Card. Tusc. lit. 1. concl. 240. n. 48. 49. & 55. cum sequentibus, extra quos plures alios adduximus infra, 4. p. rrt. c. 8. a n. 42. cum sequentibus, & principio per totum illud caput: de re hac agitur, ubi multa ad propositum videnda: ergo iste successor, & subrogatus virtute decreti violentiæ, provisionis Regiæ compelli non potest ad reponendum ea, quæ suus prædecessor attentavit; cum de eo non cantet, nec mentionem aliquam faciat provisio.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem; imò 53 quòd judex successor in jurisdictione, tribunali, seu judicio omnino teneatur tenorem provisionis Regiæ adimplere, attentatè à suo prædecessore, reponere cum effectu; & appellationi deferre, libenter amplector, & ut veriore probabo, tum ex philosophica, & fundamentali illa ratione, quam ad plurimos casus decidendos consideravit acutè Jurisconsultus in l. proponebatur 76. ff. de judiciis, nempe; quòd cujus rei species eadem est (hoc est, forma, ut explicat gloss. fin. ibi) eadem res esse censetur; quantumcunque circa ipsam materiam aliqua commutatio contigerit, hincque decidit ipse Jurisconsultus; quòd si plures dati sint judices in 54 aliqua causa, & postea aliquid, vel etiam omnes mutati fuerint, nihilominus eadem dicitur causa, ibi: Ex his judicibus, qui in eadem re dati essent, nonnullos (causa audita)

audita) excusatos esse, inque eorum locum alios esse sumptos, & quærebatur singulorum judicum mutatio, eandem rem, an aliud judicem fecisset: respondi non modo, si unus, aut alter, sed si omnes judices mutati essent, tamen & rem eandem, & judicium idem, quòd antea fuisset, permanere, nec in hoc solum evenire, ut partibus commutatis eadem res esse exillimaretur, sed & in multis cæteris rebus, &c. circa quam rationem pulchrè exornat Alciatus lib. 7. Paregon. cap. 17. Aristot. lib. 3. polit. cap. 2. Cicero lib. 2. academicarum questio Plutarch. de seranumin. vindicta, & in Theseo. Cagnolus in l. 2. n. 257. de pactis inter empto. & vendi. gloss. & Doctores communitè in d. l. proponebatur, & in l. proponendum §. fin. autem utraque, ad medium, C. de judiciis, & in leg. fin. Cod. de sent. Arc. jud. Bart. in l. 2. n. 1. C. de action. & obligat. & in l. ab executeore, n. 9. ff. de appellat. latè, & optimè Petrus Barbosa, in commentar. ad titul. ff. de judici. circa interpretationem d. l. proponebatur, Burgos de Paz. in l. 1. Tauri, num. 426. Lancelot. Robert. in tract. de attentat. 3. p. cap. 27. n. 52. & sequentibus, Milanens. decis. Sici. 2. num. 27. & 29. Felix Phœbus concl. 118. num. 2. crimi. qui quidem & infiniti penè alii statim citanda hanc probant conclusionem; ut per mutationem judicis eadem, non diversa manet jurisdictio, eademmet causa, idemque judicium, & idem tribunal, sicut & in aliis pluribus exemplis hoc ipsum, & isthæc identitas considerantur, ut per mutationem, & variationem personarum, qualitatibus, vel accidentibus, non mutetur res, ut de civitate, collegio, Ecclesia, dignitate, & præbenda per d. l. proponebatur, Probat Niconic. in rubr. a n. 14. ff. de nov. ope. nuntia. Mandos. conf. 91. n. 5. & 6. Alvarat. in cap. 1. §. 1. n. 1. ad

57 fin. de alienatione feudi, Bart. in leg. quibus, de n. 14. ff. de legibus, & l. 1. n. 9. ff. de jurisd. omnium judi. Roman. conf. 406. num. 8. Paulus Castren. conf. 389. col. 2. post princ. lib. 1. Felin. in cap. consuluit, n. 1. de Judicis, Bald. in cap. publicato, n. 12. de electione, Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. part. 2. Emanu. Rod. quest. regular. q. 26. art. 1. ad fin. & sigillatim Barbosa in d. leg. proponebatur, Menoch. conf. 219. num. 14. lib. 3. facit l. quid tamen, §. 1. quibus modis ususfructus amittatur, leg. grege, d. l. & si grege, l. si ualeatum, §. fin. ff. de leg. 1.

58 Qui quidem asserunt; quòd judex successor in jurisdictione, & tribunali idem reputatur, & prædecessor, cum in ejus locum substituatur, & subrogetur, & ob id potest is judex idem facere, quòd poterat ille, cujus loco fuit subrogatus. l. 2. C. de eo, qui vicem alterius gerit; exornat Alex. in l. 1. n. 5. de off. ejus, Petrus Barbof. in comment. ad tit. de jud. ind. se longius 18. in prin. per text. ibi n. 43. & 44. & post alios in bona casu probat Covar. pract. q. cap. 1. 1. sub num. 2. ad fin. vers. postremo illud, & supra, a n. 1.

59 Et ideo terminus, & tempora præstituta primo judici ad causam determinandam juxta l. 2. §. sed si judex, de judi. eadem censentur præstituta successor, & subrogato, l. judex 31. ff. de judiciis, non enim judex tanquam privata persona attenditur, & consideratur, sed tanquam minister justitiæ, quam gerit, & tanquam administrator dignitatis, & tribunalis, quòd repræsentat, quisquis autem sit etiam in infinitum omnes ejusdem rei administratores sunt, nam remmet, alienam tamen gerentes, quippe tribunal, dumtaxat (quòd semper durat & permanet) & est in consideratione.

60 Prout videmus, quòd licet in appellatione requiratur expressio nominis judicis à quo, tamen satis est, ut contineat nomen dignitatis judicis, putà, appello ab auditore Camera ab Episcopo, Salmantino, &c. Bald. in l. 1. §. n. 6. vers. super secundo, Rebuff. in tract. de appellat. in prefatione, n. 29. tom. 3. fol. 477. Geminian. in cap. Roman. §. cum autem, de appell. in 6. Sigismund. Scaccia in tractatu de appellat. quest. 6. a num. 43. qui à num. 49. & 50. dicit, quòd licet sit necessarium, ut

61 Salgado de Protect. Reg.

in appellatione exprimat nomen judicis, ad quam appellatur, tamen sustinetur appellatio, si contineat nomen dignitatis, & tribunalis, putà appello ad Archiepiscopum Compostellanum, ad Archiepiscopum Toletanum, &c. quia tribunal, & dignitas, cui jurisdictione coheret, & propria est, potius attendi debet, quam persona administratoris, Geminian. & Philip. c. cum verò. n. 1. de appell. in 6. lib.

62 Hinc inferatur, quòd judex datus loco demortui, minimè illum repræsentat, sed tantum dignitatem, quæ est corpus quoddam fictum, quòd comprehendit subiecta, tanquam membra illius corporis ficti, l. mortuo, ff. de fidejussoribus, Bart. in l. aut facta, §. fin. n. 3. ff. de penis. Barb. in d. l. proponebatur, num. 24. & sequentibus. quòd iudex superest forma illius corporis ficti, semper censetur idem corpus, licet partes mutentur, ut dictum est, & probatur in leg. grege, & leg. si grege, ff. de legat. Barbof. dict. num. 24. quapropter licet judicis demortui locum occupet novus judex, illum tamen non repræsentat, quia juris sui nulla reliquit vestigia, sed tribunal, quòd nunquam moritur, cujus vices gerit, & jurisdictionem administrat, prout videmus in tutore minori dato, aut in procuratore, quem dominus constituerat, quò mortuo, & alio subrogato in locum demortui, non tamen ejus gerit vices, nec repræsentat, sed dumtaxat pupillum, aut dominum viventem, nec gerit res, & negotia pupilli tanquam res tutoris mortui; & licet æqualem, imò eandem potestatem recipiat successor, non tamen à mortuo recipit, cum jam sua extincta, sed à domino & tribunali, cujus ossibus radicata est, & viget: optimè faciunt quæ Covarruvias var. resolut. lib. 2. cap. 15. sub numero 6. versiculo ego verò considerandum, & sequentibus.

63 Et ideo licet judex prædecessor, & successor diversè sint personarum respectu: eo tamen habito ad administrationem, & ad coequalitatem potestatis; verè idem sunt, & reputantur; attenda veritate, & rerum natura, notat Bart. in l. ab executeore, n. 9. ff. de appell. per quem idem Barbof. in d. l. proponebatur, sub num. 16. & per eundem Bart. meliùs Burgos de Paz in l. 1. Tauri, n. 427. ubi dicit quòd successor verè idem judex re-

64 putatur, & per eundem Bart. idem affirmat optimè Aviles in cap. 1. prator. num. 20. vers. sed in contrarium, ubi dicit, quando accipimus judicem pro jurisdictione, seu tribunali, ut in his casibus, verè eundem esse judicem, & judicium, quia hoc non competit successor, & subrogato, ut privato, sed judici ad differentiam hæredis, qui non est verè idem quòd defunctus, sed fide.

65 Ex qua ratione provenit; quòd judex successor potest taxare expensas, quas sibi taxandas judex prædecessor in sententia à se lata referavit; item & eundem successorem posse dubiam prædecessoris sententiam interpretari, ut docet Bart. in l. ab executeore, cui plerique alii consentiunt, quorum illic Alexand. in additionibus, memor est, & singulariter idem Alexand. in l. stipulantem, §. 1. ff. de verbo. oblig. col. 3. quo loco recenset tenentem contrariam sententiam, quasque nititur conciliare Burgos de Paz in l. 1. Tauri, sub n. 427. tenet etiam Joannes Ferrariensis in tractatu de appell. cap. 5. num. 53. & num. 57. cujus est farina, statutum à Decurionibus editum, ab eorum successoribus, vel à populo esse explicandum, & declarandum, ita docet Bart. in l. omnes populi 3. q. 6. princ. & ibidem palam placet Joanni Francisc. de Ripa in l. ex facto, colum. 2. ff. de vulgari ad quòd allegat text. in leg. ab executeore, ff. de appellat. & eis licet adhæret Carolus Ruinus in consilio 38. num. 9. lib. 1. Burgos de Paz in l. 1. Tauri, num. 425.

66 Qui quidem in num. 426. vers. sed tamen, cum Bart. 70 in l. ab executione in princ. col. 3. ff. de appell. respondit mirabili,